

The Electronic Manipulus florum

www.manipulusflorum.com

Incarnatio c cum uariis

Iudee citharam respice ut musicum melos sonis dulcibus reddat. Tria pariter adesse uidentur: ars, manus, corda; et tamen unus sonus auditur: ars dictat, manus tangit, corda resonat. Tria pariter operantur, sed sola corda resonat. Nec ars nec manus sonum reddunt, sed cum corda pariter operantur. Sic nec Pater nec Spiritus Sanctus susceperunt carnem, et tamen cum Filio pariter operantur. Sonum sola corda excutit, carnem solus Christus accepit. Operatio in tribus constat, sed quomodo pertinet ad solam cordam soni redditio, sic pertinet ad solum Christum carnis humane susceptio.

Augustinus de incarnatione Domini contra Iudeos.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

Iudee] O Iudee v² L¹ L²; sonis] tonis B C v² L¹ L², tonisque P, thonisque v¹; tria pariter operantur sed sola corda resonat *om.* B; sed sola corda resonat nec ars nec manus sonum reddunt sed cum corda pariter operantur *om.* C; operantur] operatur (*cor. intra*) B; sic nec] sic nec nec (*cor. sub lin.*) B; in *om.* L¹ L²